ANTONII.
PICHARDO. VINVESA. I.C.
HISPANI SALMANTICEN-
SIS. ANTECESSORIS.

Priores practicæ ſcholaſticæque
Diſputationes.

Ill.^mo Comiti de Villa Me-
diana dicatæ.

SALMANTICAE. XIX.
Kal. Ian. Anno. CIↃ. IↃ C. VI.

ILLVSTRISSIMO

PRINCIPI VIRO DOMINO

SVO COLENDISS. D. D. IOANNI DE TASSIS, Ordinis D. Iacobi; Comiti de Villa Mediana; à Potentiſſimi, Inuictiſſimi, Catholiciq; Regis noſtri Philippi III. conſilijs, ſacriſque cubiculi maxima dignitate equiti: eiuſdem apud Iabocũ magnæ Britanniæ Regem pro Chriſtianæ Reipublicæ bono extraordinariæ Legationis munere fœliciſſimè perfuncto: Euectionum, veredorum, Regiorumq; curſorum per Hiſpanias, earumq; ampliſſima Regna iterùm Comiti, & generali Officiorum Magiſtro: liberalitate, morum comitate, ſermonis lenitate, fide, integritate, pietate, religione, deniq; omnibus animi & corporis virtutibus ornatiſſimo: ANTONIVS PICHARDO VINVESA IOANNIS DEL MONTE PICHARDO eiuſdem Comitis generalis Vicarij filius. I.C. Hiſpanus, Salmanticenſis Anteceſſor, Inſtitutionum priùs, Iuſtinianei Codicis, & Digeſti Veteris dein, nunc Perpetuæ Digeſti Noui Cathedræ Veſpertina hora antiquior moderator, in ſuæ erga Fautorem, Patronum, Dominũ obſeruantiæ gratiq; animi teſtimonium, PRIORES SVAS PRACTICAS SCHOLASTICASQVE DISPVTATIONES offert, dicat, cõſecrat, eiq; longam & fœlicem vitam, ac perpetuam à Præpotenti Deo precatur fœlicitatem. Salmanticæ. xix. Kal. Ian. CIↃ.IↃC.VI.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

PRAESTANTISS.

ERVDITISSIMOQVE IVRIS CONSVLTO ANTONIO PICHARDO Vinueſa, Salmanticenſi anteceſſori celeberrimo, Iacobus Menochius felicitatem precatur.

QVOD nulla intercedente neceſsitudine me & humaniſsimis literis, quas nudius tertius accepi & honorificentiſsimo Comm̄etariorum tuorum ornaueris munere, totum ſingulari tuæ tribuo humanitati. Non enim in me agnoſco eiuſmodi eſſe merita, quibus à viro eruditiſsimo tantopere ornari meruerim. Quocirca lætatus ſum non mediocriter, cum à laudatiſsimo viro tanti me fieri ex literis beneuolētiæ & amoris plenis intellexerim. Nam exiſtimo nil eſſe rerum omnino omnium, quod bonorum & doctorum, in quibus etiam vitæ elucet ſumma probitas, beneuolentia videatur optabilius. Itaq; literas ipſas ornatè & peramāter ſcriptas lubentiſsimo auidiſsimoq; perlegi

animo;

animo; deinde me totum ad eruditiſſimos Cõmentarios cõtuli, quorum lectione plurimum ſum delectatus. Siquidem pulcherrimum quæſtionum ordinem, acutam earum explicationem, rationes, argumenta, ac demum tot doctiſsimorum autorum loca tam puro elegãtiaq; ſtylo cõgeſta non mediocriter ſum admiratus. Quo nomine plurimum tibi gratulor, tibiq; gratias, quas poſſum, maximas ago, quãdo pares referre nequeo; codicemq; ipſum tenuis bibliothecæ meæ maximum ornamentum inter præcipuos habebo, & aſsiduæ eius lectioni ita totus incumbam, vt exiſtimem me doctiſsimi Antonij Pichardo conſuetudine omnium humaniſsima perfrui. Interim Deũ Opt. Max. toto (quod aiunt) pectore precabor, vt te pro Hiſpaniarum, imo totius Reipublicæ Chriſtianæ bono ſeruet incolumem, meq; in numerũ eorũ quos amare ſoles, referas. Mediolani. xiiij. Calend. Maij.

M.D.Lxxxxij.

(?)

ANTONII PICHARDO VINVESA I.C. HISPANI IN SALMANTICENSI ACADEMIA IVRIS CIVILIS ANTECESSORIS,

DISPVTATIO PRIOR.

De Mora; eius commiſsione, & emendatione.

In qua omnes ferè eius materiæ quæſtiones ſolidè & accuratè ex ipſis Iuris Romani Hiſpaniq; fontibus diſputantur & definiuntur

Ad exornationem ca. Potuit. 4. verſ. *Niſi celeri.* de locato & conducto.

SVMMA RERVM.

1 EXORDIVM *diſputationis & litera textus.*
2 *Elicitur quæſtio diſputanda.*
3 *Ad id totum, quod diſſeritur, diſſinitionem adhibere neceſſarium eſt.*
4 *Argumentum ab Etymologia vocabuli vtiliſsimum eſt, & certum, quando diſſinitio non repugnat. numero. 5.*
6 *Emendatur vulgata litera legis. 1. D. de pactis.*

ANTONII PICHARDO VINVESA I.C. HISPANI IN SALMANTICENSI ACADEMIA IVRIS CIVILIS ANTECESSORIS.

DISPVTATIO SECVNDA.

De nobilitatis inter virum & vxorem communicatione.

In qua plurimæ eius rei quæſtiones & iuxta Ius ciuile Romanorum & Regium Hiſpanum dilucidè diſcutiuntur, vtiliterq́ tractantur.

Ad explicationem l. Ingenuæ. 3. l. Edicimus. 7. C. de Murilegulis. &c. Lib. xi.

SVMMA RERVM.

1 EXORDIVM *Ratioq́ diſputationis.*
2 *Literæ harum legum.*
3 *Quæſtio diſputanda elicitur.*
4 *Iura naturalia ſunt immutabilia, & id qui ſit intelligendum. num. 69.*
5 *Iura ſanguinis & generis naturalia ſunt.*

SALMANTICAE EX OFFICINA
TYPOGRAPHICA ARTI TABERNIEL
ANTVERPIANI: ANNO M. DC. V.
XV. KALEND. DECEMB.